



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1604**

Martyrivm SS. Trivm Fratrvm, Argæi, Narcisi, & Marcellini, quod consummârunt Anno Redemptoris 316. Syluestri Papæ 3. Constantini Imperatoris 11. sub Licinio in Oriente Imperante. Ex Cæs. Baronio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42667**

Moritur.

Post hæc sacrosanctis corporis & sanguinis Christi refectus mysterijs, sanctam Deo animam tradidit, fratribus assiduo luctu gemitibusque funus eius prosequentibus; quod magno pietatis studio in Basilica B. Pet. Apostoli procuratum, sub polito miro artificio lapide his versibus tumulatum est.

Epitaphiū eius.

Hic iacet eximius meritis, venerabilis Abbas  
 Noster Adelhardus, dignus honore senex.  
 Regia profapies, paradisi iure colonus,  
 Vir charitate probus, moribus atq; fide.  
 Quem dum sub tumulo recolis tu quisque viator,  
 Cerne quid es, quid eris, mors quia cūctar apit.  
 Nàm post octauas Domini hic carne solutus:  
 Succedente die, astra petiuit ouans.

MARTYRIVM SS. TRIVM FRATRVM,  
 Argæi, Narcissi, & Marcellini, quod consummârunt

Vide Tom. 3.  
Annal. Eccl.

Anno Redemptoris 316. Syluestri Papæ 3. Constantini Imperatoris 11. sub Licinio in Oriente Imperante. Ex Cas.

Baronio.

3. Ianuarij.

**L**ICINIUS cum ad parandam, in Constantinum Imperat. Christianissimum, expeditionem, tota mente intentus, à prauo dæmone per oracula accepisset, nequaquam se victoria potiturum, nisi prius cunctos Christianæ fidei cultores internecione deleret, statim præconis voce & edicto, omnibus denūciauit, ne quis Christum profiteretur. Cumque omni tormentorum genere proposito, frustra Christianæ fidei professores, à pietatis studio auertere conaretur, plurimos

Licinius atrocissimus Christianorum persecutor.

rimos varijs cruciatibus ad cœlos transmisit, nullaque eorum nece exfatiatus, in alios atque alios furore excanduit, Præsidesque sæuissimos, ad eandem crudelitatem dictis factisque excitauit.

Cæterum, cum execrandum nimis Christianis militibus videretur, aduersus Christianum Imperatorem, Sanctissimæ Crucis vexillo præuio ducentem exercitum, impij Licinij castra sectari, potius quæuis supplicia in corporibus perferre, quam conscientias tanta immanitate polluere maluere. Eademque de causa, inter alios, tres fratres milites in Ponto, Martyrij coronam adepti sunt. Quorum duo Argæus & Narcissus gladio perempti, ad coronas euolarunt.

Tertius verò ætate Iunior Marcellinus nomine, cum nullis minis ad sceleratam militiam, armaque contra Christianos capeffenda adigi posset, ad mortem vsque celsus, & longo carceris squalore maceratus, demum in mare mersus, gloriosam planè martyrij palmam consecutus est.

VITA S. GENOVEFÆ VIRGINIS, *Ex ea, quæ optima fide extat apud Surium. Clauit verò temporibus Valentini tertij, Imperatoris (qui regnavit anno Domini 429. & sequentibus) & peruenit vsque ad Clodoueam Francorum Regem, qui regnare cepit, Anno 484.*

Virgo sanctissima Genouefa, in Nemethodrensi parochia, quæ à Lutetia Parisiourm septem ferè milliarib. abest, Seuero patre, Geron-

Christianorum militum pietas & Constantia.

Argæus & Narcissus capite obruncati.

Marcellinus submersus.

Vide Cæf. Baron Ann. Tom. 5. & Notation. Not. Marty. Roman. Item 6. tom. Annal.

3. Ianuarij. Genus eius.